



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Quòd in danda poenitentia, nulla sit personarum acceptio. lix.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**



nire. Quam formam & circa mulieres, quæ se post pœnitentiam talibus pollutionibus deuinxerunt, seruandam esse censemus.

*De pœnitente femina qua defuncto viro aliis nubere præsumpsit. Cap. LVIII.*

**P**œnitentes femina quæ defunctis viris aliis nubere præsumpsit, vel suspecta, vel interdicta familiaritate cum extraneo vixerint, cum eodem ab Ecclesiæ liminibus arceantur. Hæc etiam de viris in pœnitentia postius placuit obseruari.

*Ex cõcil. Aralatē. cap. 2.*

*Quod in danda pœnitentia nulla sit personarum acceptio. Cap. LIX.*

**Q**uia igitur Apostolo teste non est personarum acceptio apud Deum, & in omnibus iudiciis seruanda nõ est, multò magis in hoc pœnitentiæ iudicio precauere debet, vt nullus sacerdotum vnquam, aut gratia, aut odio alicuius personæ secus iudicet, quàm quod in canonicis sacris inuenerit: aut quod illi secundum sanctarum scripturarum autoritatem, & ecclesiasticam consuetudinem rectius visum fuerit. Si ergo medici qui corporibus medicinam inferre conantur, nequaquam propter personæ cuiuslibet acceptionem his quos sanare cupiunt, cauterio, aut ferro, aut duris aliis quibuslibet rebus parcunt: multò magis his obseruandum est, qui non corporum sed animarum medici existunt, neque enim pensanda est pœnitentiæ quantitate temporis, sed ardore mentis, & mortificatione corporis. Cor autem contritum & humiliatum Deus non despicit.

*Ex cõcil. Cabillon. cui inter- fuit Caro lus impe- rator, ca. 34.*

*De illis qui peccata sua sine condigna pœnitentia sibi relaxari falluntur. Cap. LX.*

**Q**uisquis ergo malorum operum sine condigna pœnitentia quenquam veniam à Deo percipere posse dixerit, penitens errat, & cum deceptus, alios decipere festinat, duplici noxa constringitur: hoc est, proprii erroris, & alienæ deceptionis.

*Ex dictis August.*

*Quod tam diu laborare quisque debeat donec possideat Christum. Cap. LXI.*

**V**sque tunc laborare debet homo, vsquequo possideat Christum. Qui autem illum semel adeptus fuerit,

*Ex dictis Gregor.*